UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs A Saxo Ferrato in primam Digesti Veteris Partem

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Iudiciis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96393

Visual Library

**E**T ita de facto. §. Ait enim pretor. No. gl. que incip. ſcȝ, leui. in fi. vbi dicit, inter leuiſſimã culpam, caſum fortuitũ, ⁊c. Nõ intelligas q̃d ſit idem, ſed hoc vult dicere, ceſſante leuiſſima culpa, ceſſat q̃cq̃d
1 cõtingit leuiſſima culpa. Jtẽ ex hoc no. † quod qñ caupo adhibuit diligẽtiã, quã adhibere debuit quilibet paterfamil. ⁊ ſic ceſ
a ſat leuis culpa, de eo q̃d cõtingit poſtea nõ tenet, ᵃ vt hic. q̃d not.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Nõ tenet. Vide Bar. in l. dominus horreorũ. ff. loc. ⁊ in l. j. ff. furti aduerſ. naut. vbi ponit quod caupo tenet de leuiſſima culpa, quod limita vt per Bald. in l. certi. C. locat.

1 ☞ Judicis officium excludens actionem, aliud eſt, ⁊ aliud exceptio. Statutum prohibens opponi exceptionem cõtra inſtrumentum non prohibet officium iudicis.
2 Actio vna quando tollatur per aliam, in qua plus eſt.

§. **Nouiſſime.** Quãdo competunt alicui plures actiones, quarum vna eſt de iure communi, alia de iure ſpeciali, vna tollitur per aliã, quatenus in ea
1 plus eſt. h. d. quod no. ¶ Item no. † q̃d aliud eſt officiũ iudicis excludens actiões, aliud eſt exceptio, ſicut aliud eſt actio, aliud eſt officium iudicis. Et ſic facit quod ſtatutũ q̃d prohibet opponi exceptionem cõtra inſtrumentum, non impediat officium iu-
2 dicis. De quo dixi in l. plane. ff. de pet. here. ¶ Oppon. † quod vna nõ tollat per aliã, in eo q̃d plus eſt. ff. pro ſoc. l. rei cõmuni ⁊. Sol. Dicit gl. hoc ideo, q2 vna actio erat ordinaria de iure communi, alia extraordinaria de iure ſpeciali contra ius commune. Cõtra hoc opp. ⁊ videtur, q̃d vtraq; eſt ſecundum ius commune, vt § ex hoc edicto. ſ. ea. l. Nam de iure communi ciuilis dabitur actio in nautam, cauponem, ſtabulariũ. ſ. eo. l. j. Sol. Dyn. ff. de publica. l. prima § diexerit aliquis. in additiõe mag. videtur intelligere de actiõe que datur contra iſtas perſonas ex facto aliorum, non ex proprio, quaſi tunc non haberet locum iſte §. Vel potes dicere, quod etiam quãdo datur ex proprio facto cõtra ius cõmune datur eo quia in eo deuenit leuiſſima culpa, vt ff. ea. l. § ex hoc edicto. Et hoc videtur velle gl. ſuper verbo, fur-
3 ti, dum dicit, Siue ipſe ſiue alius ſurripuit. Vltimo gl. † diſtinguit qualiter actio ordinaria concurrat cum extraordinaria, ⁊ plenius per Dy. in l. in prouinciali. ff. de ope. no. nun.

LEX IIII.

1 ☞ Gabella non ſoluitur de veſtib. quas quis portat in dorſo.

**S**Ed ⁊ ipſi naute. §. Julia-
a nus. ᵃ No. † q̃d de veſtimentis q̃ quis portat in dor-
1 ſo, non ſoluitur gabella. Jtem nec de eo quod portatur cauſa quotidiani vſus, quod not.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Julianus. Adde no. in l. ſi § diuus. de publicanis.

LEX VI.

**L**Icet gratis. §. In factũ. Juriſcõſultus hucuſq; locutus eſt principaliter de actione in factum, que datur ex quaſi cõtractu de recepto, hic loquitur de actione in factum, que datur ex quaſi delicto, de quo loquitur tit. ff. fur. aduer. nau.

§. **Poſſumus.** ¶ Op. quod diuerſe ſunt perſone ergo abſolutoria lata p vna, nõ parit exceptionẽ rei iudicate pro alia. l. cum q̃rit. de excep. rei iu. Sol. Videtur eadem perſona ex quo vnus hȝ regreſſum ȝ alterum. Vidiſtis in l. aduerſus. ſ. tit. j.

LEX VII.

1 ☞ Poteſtas non tenetur de delicto familie, niſi in officio deliquerit.

**D**Ebet. Nota, quod exercitor non tenetur ex facto nautarum, niſi cuȝ delinquunt in na-
1 ui. ¶ Eodem † modo Poteſtas nõ dȝ teneri ᵃ de facto familie, niſi deliquiſſent in officio. l. cum ſi exhibuiſſent. § j. ff. de pub niſi per ſtatutum aliud inducatur. h. d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Dȝ teneri. No. q̃d poteſtas nõ tenet p familia in ſyndicatu, niſi p geſtis in officio. Adde l. j. ⁊ ibi Ang. C. vbi de ratioci. ⁊ p hãc l. idẽ ſʒ ẽt Bal. hic, poteſtas ñ tenet, ſi familia ſua dederit damnũ extra territorium, ⁊ de omnib⁹ de qb⁹ tenet, vide plene Bal. in l. nulli. C. quor. app. ⁊ l. ij. C. vbi & ratiociniis tã public. quam priua. agi oport. ⁊ in l. pretor. de eden.

1 ☞ Caupo, qui dedit claues camere, non liberatur a cuſtodia.
a
b § Jtẽ ſi prediderit. ᵃ Proteſtatio ᵇ cui⁹ aduerſarius conſenſit, liberat preſtatẽ h. d. ¶ Sȝ q̃ro q̃d ſi dixerit poſtea? V̄r q̃d non ſufficit. l. ſi fideiuſſor. ff. de fideiuſ. q̃d intellige vt ſtatim dicam. ¶ Secũdo q̃ro, q2 hic, conſenſerint. Quid ſi nõ conſenſerũt? Dicit glo. idem. Vnde ſubaudi, maxime. Petr. dicit contrarium, ſi nõ conſenſerint, quia iam caupo erat ad hoc obligatus. Jta dicit ipſe. C. de pac. l. pacta nouiſſima. Potes ſuſtinere gl. ⁊ Pe. diſtinguendo ſic, Aut proteſtatio fuit facta poſtquam eos receperat in hoſpitio, et tunc non ſufficit, niſi illi conſenſerint, vt in prin. precedentis glo. Aut proteſtatio fuit facta antequam eos recepiſſet in hoſpitio, ⁊ tunc ſiue cõſentiant, ſiue non, ſtatur pro-
1 teſtationi, ⁊ imputetur eis quare ſteterunt. ¶ Jtem † quero q̃d
c in caupone, qui dedit claues camere, vel armarij, an liberetur ᶜ a cuſtodia? Glo. quod non. vide eam ⁊ no.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Jtẽ ſi prediderit: vide Bar. l. nõ ſolũ. § morte. verſi. ſȝ quero an etiã. ⁊ ibi Alex. de oper. no. nũ. Fely. in c. iij. de cõſt.
b ALEX. ¶ Proteſtatio. No. an hoſpes proteſtans ſe nolle tenere de inuectis excuſet? Aliq dicunt quod Bar. fuit ſibi cõtrari⁹ in § morte. Sed quid etiam ſi fiat proteſtatio antequam recipiat? facit l. j. in prin. ff. fur. aduer. nau. cau. ⁊ quod ibi Bar. vbi tenetur quis de neceſſitate cuſtodire, ergo proteſtatio non releuat. l. alimenta. ⁊ quod ibi no. C. de nego. geſt. Et ita eſt de mẽte Bar. in d. § morte. ⁊ ita videntur doct. communiter tenere in l. pacta nouiſſima. C. de pac. in c. cum inter. de conſti. licet Rom. in d. § morte. ſequatur Bart. ibi.
c ALEX. ¶ An liberetur. Sed ſi caupo dedit claues camere, an teneat, adde Bal. in rub. C. depoſi. ⁊ in l. ex diui. ⁊ ibi Cy. C. loca.

# Liber Quintus.

De iudiciis. Rubrica i.

¶ Gloſ. querit quare dixit de iudiciis, ⁊ non de iudicio. Dic vt in ea. ⁊ continua vt in glo.

LEX PRIMA.

1 ☞ Cleric⁹ an poſſit prorogare iuriſdictionẽ alteri⁹ iudicis.
2 Vaſallus non poteſt prorogare iuriſdictionem alterius iudicis inuito domino.
3 Juriſdictio ſui iudicis poteſt prorogari tanquam in arbitrum.
4 Prorogaſſe quem iuriſdictionem iudicis, vt in iudicem, vel in arbitrum, quomodo intelligatur.
5 Arbitri vel arbitratoris more, an quis proceſſerit, ex modo procedendi cognoſcitur.
6 Juriſdictio iudicis delegati quando poſſit prorogari de perſona, ad alias perſonas.
7 Judices chartularij nullam habent iuriſdictionem, niſi inter cognoſcentes.
8 Doctores ⁊ preſidentes alicui collegio, licet habeãt iuriſdictionem, tamen non habent certum locum maiorum.
9 Juriſdictio prorogatur in criminalibus in eum, qui alias habet iuriſdictionem de illis cauſis.
10 Priuatus non poteſt prorogare iuriſdictionem delegati etiam principis.
11 Juriſdictio delegati principis poteſt prorogari de re ad rem, de tempore ad tempus.
12 Juriſdictio prorogatur etiam tacito conſenſu.
a
**S**I ſe ſubijciãt. ᵃ Eius q habet iuriſdictionem, ⁊ tribunal, vel iuriſdictionem tantum, poteſt iuriſdictio prorogari. hoc dicit. Oppo. de l. ſi cõuenerit. ſ. de iuriſ. om. iu. So. ibi fuit factum pactum extra iudiciũ, hic fuit facta prorogatio litigando. Secundo oppo C. de epiſ. ⁊ cler. authen. ſtatuimus. ⁊ extra de for. comp. cap. ſignificaſti. Sol. hec l. loq̃tur ſm iura antiqua ſm q̃ indiſtincte poterat fieri prorogatio iuriſdictiõis. hoc ve-
1 ro † hodie eſt limitatũ in clericis ᵇ, vt nõ poſſint prorogare iuriſdi-
b ctionẽ alterius iudicis, ita tenet gl. Ego autẽ conſueui quando-
c q; aliter dicere. Nã ſi poneremus vnũ iudicem, cuius eſſet iuriſdictio, ⁊ effectus iuriſdictionis, ſicut epiſcopi. Nã, vt videtis epiſcopus penas quas infert, ſibi hȝ, ⁊ habet iuriſdictiones per-
d petuam, ⁊ clerici ſuas eccleſias habẽt ab epiſcopis ᵈ. Si † ſic eſſet
2 in vno comite qui haberet iuriſdictionẽ in ſuos vaſallos, ⁊ ſui
e vaſalli haberẽt feudum ᵉ ab eo, tunc inuito domino illi non poſſunt prorogare iuriſdictionẽ alterius. De hoc habemus multos text. in

* tex.in vſib.feudorū,ſi de feu.fue.cōtro.apud quos cā dʒ agi.[c] c.
j.¶ Op.ſ.tit.ij.l.ſed ⁊ ſi in ſeruum.§.ſi quis iudex. So. Dico,
3 † ꝙ iuriſdictio iudicis poteſt prorogari ꝯſentiendo [f] in eū tan
f quam in iudicē,vt hic. Sed tanquam in arbitrum non poſſent
conſentire ſubditi ſui.d.§.ſi quis iudex.Sed alij ſic.l.ſi q ex cō-
ſenſu.C.de epiſ.aud.⁊ tunc nō diceref habere iuriſdictionem,ſʒ
4 notionē.l.ait pretor.§.j.ſ.de re iudi.¶ Quero,†qūo [g] cogno-
g ſcam vtrum conſenſerunt in eum tanquam in iudicē, vel tāquā
in arbitrū? Dicit gl.quod intelligitur ex precedētibus ⁊ ſequē
tibus.Et ſi hoc non apparet debemus inſpicere vtrum pena
fuerit promiſſa.Et tunc vr̄ electus vt arbiter, alias vt iudex.
h Ita not.in d.l.ſi qui ex ꝯſenſu h. No.iſtam glo.qꝛ†tota die com
5 promittitur in aliquos,vt arbitros ⁊ arbitratores. Certe ex
mō pcedēdi poterit cognoſci,an procedant, vt arbitri,puta ſi
ordinariū iudiciū,ſeu ordo iudicioꝝ ſeruef. An vt arbitrato-
res,puta ſi ordinariū iudiciū ñ ſeruaf. Hoc etiā poterit appa
i rere ex[i] ſua ſnia vtrū cōponūt amicabiliter,an vero determi-
nant ſm punctum iuris,vt in authen. Si vero contigerit. C.e.
⁊ l.idem Pomponius,ſi de meis.§.recepiſſe.ſ.tit.ij. Venio ad
ſeq.glo.⁊ quero quid velit dicere text. qui tribunali preeſt, vel
aliam iuriſdictionem hʒ. Dicunt quidam tribunali preeſt, qui
habet iuriſdictionem ordinariam. Aliam iuriſdictionez habet
k qui hʒ delegatam. Gul.de cug.[k] ⁊ Cy.ſequendo eū in l.ſi qui ex
6 conſenſu.C.de epiſco.aud.tenent†qd iuriſdictio delegata non
pōt prorogari in alias perſonas,cum enim ſit limitanda inter
illas perſonas tantū,aliam limitationē non recipit.l.in agris.
de arg.re.do. Unde gl.exponit alio modo,vt dicaf pēſſe tribu
nali,qui habet iuriſdictionez,vel adminiſtrationem. Et quod
7 dicitur.vel †aliā iuriſdictionez,intelligaf de iudicib.iſtis char
l tularijs[l],qui nullā habēt iuriſdictionē, niſi inter cōſentiētes.
De iſtis iudicib.facit gl.mentionē hic,⁊ tex.in l.rē non nouam.
C.eo.⁊ vbi ⁊ apud quem in integrum reſtitutio.l.ſi.qd tene mē
m ti. Poſſes aliter [m] dicere vt intelligatur preeſſe tribunali ille
qui hʒ certuʒ locū maiorum ſuorum ad reddendum ius.l.pen.
8 ſ.de iuſt.⁊ iu.vel aliam†iuriſdictionem habet hoc eſt, qui non
hʒ locū certū maiorū ſuorū vt ſunt omnes doc.qui habent iu
riſdictionē in ſcholares,vt in authen.habita.C.ne fili. p patre.
⁊ in prima conſtitutione digeſtorum.§. pen. vt etiam ſunt om-
nes iſti qui preſunt aliquibꝰ collegijs,quorum multi ſunt non
9 habētes certū locū ad reddendū ius. Venio ad tertiā†gloſſ.
n quero vtrum in criminalibꝰ poſſit prorogari[n] iuriſdictio? Bre
uiter,veritas eſt quod ſic in eum,qui alias habet iuriſdictionē
de illis cauſis.l.j.C.vbi de cri.agi opʒ.vbi etiā hoc tenet gl.hic
10 ⁊ ad municipalē.l.inter. Quero nunquid priuatus†poſſit p-
rogare iuriſdictionem eius,qui hʒ delegatam a principe? ⁊ du
bium videf eſſe qꝛ in ipſo delegato non videtur eſſe aliqua iuriſ
dictio,ſed requiritur ꝙ alias habeat iuriſdictionē,lʒ non in il-
lum ad hoc vt poſſit prorogari,ſed ille nullā habet,ergo videf
priuatus de nouo dare,quod non poſſet,quod ante nō habeat,
probo per l.ſi pretor.de offi.eius cui man.eſt iuriſ. Quod etiaʒ
ſentit gl.in l.cognitio.§.j.eo.ti.de quo habes glo.expreſſam in
verbo delegatorū.c.pen.in ſi.extra de offic.deleg.not. Inn.in c.
de cauſis.extra eo.ti.⁊ Cy.in l.j.C.de iur.om.iud. Poteſt tamē
11 †iſto caſu fieri prorogatio de tempore ad tps.ſ.eo l.ij.§.ſi iudex.
Item de re ad rem,vt no.in c.pen.⁊ ibi p gl.extra de offic.dele.
12 ¶ †Quero nunquid requiraf expreſſus cōſenſus[o], vel tacitꝰ
o in prorogatione? videtur hic in iſta l.j.quod requirif expreſſus.
p Inn.tʒ quod tacitus cōſenſus ſufficit,in c.cū veniſſent.[p] extra
de in inte.reſti. Non.obſt.iſte tex.qui dicit,ſe ſubijciant, ⁊ cōſen
tiant,qꝛ illud verum eſt in modo loquendi.

ADDITIONES.

a ALEX.¶ Si ſe ſubijciant. Et in materia ꝯcludēdo,dic qd qñ-
que agitur de iuriſdictione tantū nō declināda,tūc ſi ſit pactū
hic non eſt licita penitētia.c.j.de iudi.⁊ ibi not. Quandoqʒ agi
tur de iuriſdictione prorogāda,⁊ tūc aduerte,qꝛ quandoqʒ agi-
tur de prorogāda ⁊ inducēda per litigium ſcienter factuʒ per
partes coram iudice alias non ſuo,⁊ cōtra,tenetur quod nō in-
ducitur prorogatio ante lit.conteſt.per id quod hr̄ in l.ſi cū do-
tē.§.eo autem tempore.ſol.mat.⁊ hic etiā gl. Et hoc clarum, q̊
ad hoc vt partes poſſint recedere ab ipſo iudice, quandocūqʒ
velit,ante lit.conteſt. Poſſet tamē dici,quod iſto caſu inducaf
prorogatio,ſaltē quo ad actus geſtos,vt voluit ſentire Ange.
hic,⁊ ſʒ aliquos poſſet etiā dici quod prorogata eēt iuriſdictio,
ſed reuocabif qꝛ poſſunt penitere ante lit.conteſt. Et iſtā opi.
tetigit Jo.an.in tit.de compet.iudi.adi.§.j.ſuper ver. qd erit.
⁊ Ja.bu.in l.j.C.de iur.om.iu. Interdū partes expreſſe proro
gant coram iudice iuriſdictionē illius,⁊ tunc tenuit. Guli. hic
dicit,quod ſi prorogata eſt iuriſdictio,nec habet locum peniten-
tia p iſtam.l.C.⁊ l.eſt receptum.ſ.de iuriſdictio.omn.iudicū.⁊
etiam hoc tenet Ang.vtrobiqʒ,⁊ etiam hoc tenet. Ant.in cap.j.
de iud. Et plus dixit Ang.hic,ꝙ hoc procedit ſiue iudex exp̄ſ
ſe acceptauit,ſiue tacuerit. Bal.in l.ſi.C.de ſen. Sed Ja. bu.in
d.l.j.C.de iuriſ.om.iudic.tenuit contrarium.ſ.quod ſit locus
penitētie ante litez conteſta.prout videtur voluiſſe gl. Lʒ aūt
forte propter authoritatez gl.iſta opi.ſeruaretur in practica,
tamen forte verior eſt de iure opi. Gul. pro qua ēt Ant.in c.j.
all.ibi eē tex.in d.c.j. Sʒ certe ille tex.nō facit, qꝛ oportet intel
ligi,ꝙ ille epiſcopus fuiſſet de aliena prouincia,⁊ qd ēt ſuus me
tropolitanus conſenſiſſet per c.ſignificaſti.de foro cōpe.ꝙ mul
tum diuinaret ad tex.c.j.extra eo. Ideo verior videtur intelle
ctus ibi,quod agatur de iuriſdictione nō declināda. Quando-
que ſit conuentio de reſpondendo coram iudice alias nō ſuo,vl
de prorogāda eius iuriſdictione,tunc videtur,quod admittaf
penitentia vſque ad lit.conteſt.per l.ſi cōuenerit.hic allegataʒ.
Et ad hoc omnino vide ꝙ not. Spec. in titu.de compe.iud.§.j.
verſi.ſed nunquid poteſt.ſub ver.x.vbi etiaʒ per Jo.an. ſub ℣.
xxj.in ver.ſʒ quid ſi pactū. Doc.tamen communiter tenent, qd
ſi pactum fuerit ſtipulatione vallatuʒ,poterit agi ad intereſſe
ſi ꝯ fiat,vel ad penam,ſi fuit appoſita per l.dieʒ.§.ſi.ſ.de arbi.
Si vero neutrum interuenit,tunc dabitur actio de dolo,per l.
ſi.ſ.de dolo.ſecundum Cy.⁊ Jo.an. Sed certe in d.l.ſi.fuit do-
lus adhibitus ad actuʒ celebrandum,hic aūt ſecus,⁊ de iure ca
nonico,ēt ex pacto nudo cogi pt. Cy.vero in l.ſi qui ex conſen-
ſu.in iij.q.de epiſ.aud.tenet quod nō poterit peti pena, nec agi
ad intereſſe,ex quo lex permittit penitentiaʒ,⁊ ſic impune deſi
ſtit.l.Gracchꝰ.C.de adult.xxij.q. v.q pelerat.⁊ videf ſeq Jo.
an.in d.ti.de comp.iud.§.j.dicit Flo.in d.c.j.extra eo.quod hec
opi.ēt placuit conſi. Paduano.tñ ipſe finaliter tenuit cū opin.
communi,quā ſequitur Bar.⁊ Ja.de Are.⁊ But.qꝛ illa l.ſi cō
uenerit.ſolum permittit penitētiaʒ reſpectu iuriſdictionis iu
dicis,que ēt nō negat,quo minus cogi poſſit ad penā, vel inter
eſſe, cum pena nō contineat in ſe aliquam turpitudinem: facit
quod habetur in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ſ.de ver.obli. hoc ēt
videtur procedere,ſi dicta cōuētio facta ſit coram iudice.p d.
l.ſi cōuenerit.que loquitur indiſtincte. Et hoc ſequitur Flo.in
c.j.extra eo.licet ibi Ant.videatur velle contrariuʒ,quia tunc
videtur agere ex pacto iudiciali,ī quo fallif fides iudici,⁊ par
ti,⁊ ſic duob.ideo videtur cogi preciſe ꝓpter not.in l.ſed ⁊ he.
§.preter.ſ.de proc.ſed forte verior eſt opi. Flo.per d.l.ſi cōue
nerit.q̄ indiſtincte loquif. Nec obſtāt no.in d.§.pter.qꝛ in alijs
caſibus loquitur: vide Imo.in d.c.j.de iudi. Et p predicta in-
fertur ad id quod dixi poſt ſcribētes Inſti.de act.§. preterea.
Quid autē ſi fieret pactum iuratum de nō declinādo iudicē?
vide q̄ dixi poſt gl.in l.ſi pecuniā.in pric.ſ.de cond.ob cau. Et
ad predicta vide Bal.in l.j.ſ.de iur.om.iud.⁊ in l.ſi qui ex con
ſenſu,⁊ in l.ab eo.C.quomodo ⁊ quādo iudex.quod bene no.
b ALEX.¶ In clericis. Quid ſi clericus eſt ſcholaris,⁊c. an ha
beat priuilegiū autf.habita? vide Bal.ibi.poſſunt etiā clerici p
rogare quo ad iuriſdictionē volūtariā,ſʒ Bal.in l.gñaliter.in
ſi.de epiſ.⁊ cle.⁊ vide ad c.ſi diligenti. Bal.in l.pe.in pnci.C. de
pac.⁊ ibi Bar.in caſu tñ ſingulari ſi deliquerit in iudicio ſecu-
lari clericus,poterit conueniri per ſecularem l.nullum. ⁊ ibi
gl.⁊ Bal.C.de teſt.⁊ ibi dixi poſt Bar. Itē ſi eſt depoſitarius
ſecundū Bald. in l.acceptam.C.de vſu. Itē pōt citari vt ſe op
ponat ad actum. Bald.fin.in l.teſtamēta.C de te. Itē ſi ſucceſ-
ſit in inſtātia priuato,ſm Imo.in l.ſi eū hominē.de fideiuſ. ⁊c.
c ALEX.¶ Conſueui. Vide Bar.⁊ poſt eū omnino Imo.⁊ Lu.
in l.j.§.poſt operis.ſ.de ope.noui nuntia.
d POMA.¶ Ab epiſco.vide Pan.in c.ceterum.de iudic.
e ¶ Haberent feudū. Adde ꝙ fortius,⁊ multū no.dixit Spe.de
comp.iu.adi.§.j.in ver.clericus.ꝙ clericus etiam expreſſe obli
gās ſe ſoluturū in aliquo loco,nō pōt obijcere epiſc.illiꝰ loci,
ſed cōtrahēdo vel deliquēdo bene pōt.c.Ro.de fo.cōp.in vj. ⁊
ibi p Jo.An. Et vide qd ſin.dicit Inn.in c.cū cauſam.de teſt.ꝙ
ſi qs litigat coram iud.non ſuo,in dubio nō videtur velle pro-
gare iuriſdictionē,ſed qd actus valeat prout pōt: quod no. Et
de materia prorogatiōis,vide Inn.in c.de cauſis.de offi. dele.
Spe.de obliga.§.prorogari. ⁊ §.ſi. Et adde not.per Bartol.
in l.q̄ro.ſ.de ſolu.⁊ Bal.in l.ſi quis in conſcribendo.C.de epi-
ſco.⁊ cle.adde de prorogatione clerici, Abb.conſi.xxiij.ij.lib.⁊
de prorogatione laici,per Ang.conſi.clxvij. Pau.de Caſt.con
ſi.xxvij.⁊ cxliij Ang.conſi.xxvij.
* CLAVD.¶ Agi. Adde quod no. Bald.in l.decernimus. C.
de ſac.ſan.eccleſi.
f ALEX.¶.Cōſentiendo. Et quādo quis ſe ſubmittit iuriſdictio
ni iudicis ignorantis illum eſſe exemptum,plene per Joann.
And.in regula,ſcienti.in mercu.
g POMA.¶ Quero quomodo. Vide Roma.conſi.xci.
h ALEX.¶ L.ſi q ex ꝯſenſu. Et ibi Cy.in l.ſi.ſequif Pe.de Anc.
in cle.ſepe.in ſi.de ver.ſig.⁊ vide Ant.in c.cū ex officij.de pſcri.

i ALEX. ¶ Poterit apparere. Adde Bal. authen. habita. quod
ſi ſpecifice creatur iudex ad inſtantiam, alius non poterit etiã
ex prorogatione fieri. l. conſulta, C. de teſtamen.
k ALEX. ¶ Gul. de Cu. Hoc ſequitur Cyn. ⁊ Bal. ⁊ Ange. hic, li
cet Spec. cõtra de compe. iudic. adi. §. j. ver. ſed queritur. Adde
tu latius quãdo iuriſdictio iudicis delegati, ꝓrogari poſſit de
perſona ad perſonas: ⁊ vide late Mar. ſoc. in c. ſignificaſti, arti.
iiij. q̃ſtio. vj. extra de foro cõp. ponẽtẽ concluſionẽ ⁊ fallentias.
l ¶ Chartularijs. Et de his iudicibus chartularijs, vide Bart.
in l. j. in vlt. queſt. de iur. om. iud. Et ſic videtur, quod iuriſdictio
tabellionis poſſit prorogari, ⁊ idem Bal. l. iubemus. §. ſane. C.
de ſac. ſan. eccle. ⁊ gl. in auth. de tabu. §. pe. ⁊ Ant. in ꝓemio De
cretaliũ, cõtrariũ videtur velle Io. in ca. cum P. tabellio, de fi
de inſtr. Alle. Ioan. And. in addi. Spe. de inſtrumen. edi. ⁊ etiã
Bald. in l. repetita. C. de epiſ. ⁊ cleri. ⁊ Bald. hic in fin. Adde tu
de hoc, quando iuriſdictio tabellionis poſſit prorogari, ⁊ vide
Mar. Soc. in d. c. ſignificaſti. arti. iiij. queſt. x. ⁊ ibi quando pro-
rogari poſſit de loco ad locum.
m ALEX. ¶ Poſſes aliter. Et de materia prorogationis, ꝑ Inn.
in c. de cauſis, de offi. deleg. ⁊ Ia. Bu. in l. ſocietatem. pro ſocio.
bona glo. in c. Romana, in ver. ſuſcipere, de for. cõp. in vj.
n ALEX. ¶ Prorogari iuriſdictio. An in criminalibus poſſit fie
ri ꝓrogatio, adde Cy. in l. procurator. C. de pe. ⁊ glo. in l. non va
let. C. de plagiar. Inn. dubitat in dic. cap. de cauſis de offi. dele.
per Spe. de com. iud. adi. §. j. verſi. ſed nunquid in ſuam. ⁊ Imo.
in c. j. de off. ord. ſed Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. de epi. aud. tenet
contra Bartol. Adde an in criminalibus poſſit fieri proroga-
tio: Abb. alle. conſi. xxxiij. ⁊ Ange. xxiij. ⁊ per Mar. in dicto cap.
ſignificaſti. artic. v. queſt. j.
o ALEX. ¶ Expreſſus conſenſus. ſufficit tacitus conſenſus in ꝓ-
rogando per Ang. ⁊ Imo. de ſol. in l. q̃ro. ¶ Et hoc etiã in dele
gato: ⁊ per Mar. Soc. in d. c. ſignificaſti. arti. vj. q. j. quẽ videas.
p POMA. ¶ Cum veniſſent. Vide Pan. in cap. j. ⁊ c. ceterum. de
iudicijs.

LEX II.

1 ☞ Conſenſus iudicis in prorogatione iuriſdictionis, de perſo
na ad perſonam, non eſt neceſſarius.
2 Sententia lata a iudice ignorante ſe iudicem, nõ tenet. Senten
tia iudicis errantis in modo iuriſdictionis, valet. ſentẽtia lata
ex vna cauſa, quam iudex arbitrabatur bonam ⁊ ſuberat me-
lior, ex illa melior poteſt confirmari.
3 Sentẽtia iudicis ignorantis ea, que ſunt neceſſaria ad ſentẽtiã,
eſt nulla.
4 Practica ponendorum in ſententia.
6 Iudicis conſenſus etiam in prorogatione de tẽpore ad temp⁹
requiritur.
7 Prorogatio quot modis fiat.
Argumentum de tempore ad locum procedit.

a **Conſenſiſſe.** [a] Cõtinuatur cum precedenti,
nam ſupra dictũ eſt, quod ex
conſenſu partiũ fit prorogatio, hic querit̃ qualiter,
⁊ qualis debeat eſſe iſte conſenſus: ⁊ breui. er h. d. In
prorogatiõe iuriſdictionis de perſona ad perſonã, requiritur
conſenſus partium, qui ſciãt illum non eſſe iudicem ſuum, ⁊ con
ſenſus iudicis non requiritur: ſed in prorogatiõe de tẽpore ad
tempus requiritur cõſenſus iudicis, ⁊ partiũ. hoc dicit vſq; ad
b §. legatis. ¶ No. caſum [b] in quo factũ per violentiam cõpulſi-
uã eſt ipſo iure nullum, licet alias veniat irritandũ per actio
nẽ quod metus cau. quod dic vt l. ſi mulier. §. ſi dos. ff. quod me.
* cau. *† Secundo nota, quod non requiritur cõſenſus iudicis ĩ
1 prorogatione iuriſdictionis de perſona ad perſonam, nec etiã
ſcientia. ¶ Oppo. cõtra hoc de l. quero. ĩ. de eo qui pro tu. ⁊ l. ſꝫ
2 ⁊ ſi de ſua. ĩ de acqui. here. Reſpon. Si iudex † ignoret ſe iudicẽ
vel ſe habere iuriſdictionem, non valeret eius ſententia, vt d. ll.
Sed ſi ſcit ſe iudicem eſſe, ſed in modo, qualiter ſit iudex, errat,
valet quod factũ eſt per eum, vt hic: eodẽ modo poſſumus dice
re in ſententia, q: ſi iudex credit eum ſe poſſe dare ex vna cauſa,
tamen ſuberat alia melior, ex illa alia melior poterit ſententia
3 confirmari. l. vltima. ĩ. quod cum eo. Si tamen iudex † omnino
ignoraret ea que ſunt neceſſaria ad ſententiam, vt puta ſi neſci
ret litis conteſtationem factam eſſe vel libellum datum, vel quã
do interponit primũ vel ſecundum decretum ignoret citatiões
preceſſiſſe, ⁊ reum contumacem eſſe, tunc nõ valeret quod fieret
per eum. l. hec autem. §. j. qui. ex cau. in poſſeſſio. eatur. Tetigi in
c l. multum. de condi. ⁊ demon. Et ideo [c] † practica eſt vt ponatur
4 in ſententia, viſis itaq; petitione predicta, litis conteſtatione, iu
ramento teſtium, eorum dictis, inſtrumentis, iuribus vtriuſq;
partis, ⁊ ceteris, Chriſti nomine inuocato, ⁊c. Et eodem modo
in ſententijs que dantur aduerſus contumacem fit mentio, quo
5 modo iudex illam contumaciam cognouerit. † Circa iſtam par-
tem querit gloſſ. quid ſi ſcholaris per errorem litigauit coram
poteſtate, nec allegauit priuilegiũ ſui iudicis, nunquid valeat?
6 Dic vt in gl. Venio ad verſiculum, ſi ⁊ iudex. Quero † vtrum in
prorogatione de tempore ad tempus requiratur cõſenſus iudi
cis? Tex. iſte videtur velle quod ſic, precedens videtur velle cõ
trariũ. Veritas eſt quod requiratur. Et eſt ratio, q: elapſo tẽ-
pore iudex credit ſe nõ iudicem. Et ideo ad hoc vt ipſe ſciat ſe iu
dicem, expedit vt ſciat ⁊ cõſentiat, aliter non facit vt iudex. Sꝫ
in precedenti vere iudex eſt, licet in modo erret. ¶ Habes ergo
7 † quod quandoque fit prorogatio de perſona ad perſonam vt in
precedenti. Quãdoq; de tempore ad tempus, vt hic. Quãdoq;
de re ad rem. l. de qua re. §. primo. ĩ. eod. Quãdoq; de loco ad lo
cum, nõ ſue iuriſdictionis, hoc enim non poteſt fieri, q: preiudi
caret alteri. Facit ĩ. de ſolutionibus. l. quero. Sed ſi fiat de loco
ad locum ſue iuriſdictionis. v. g. nam locus maior eſt in palatio
poteſtatis, de voluntate partium poterit prorogari, vt audiat
in platea. Nam idem eſt iudicium de tempore ad locum. l. vnius.
ĩ. ſi cer. pet. ⁊ l. fi. ĩ. de triti. ⁊ per Gul. in l. fi. de iuriſ. omn. iud.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Cõſenſiſſe. Sꝫ vtrũ poſſit ꝓrogari iuriſdictio iudicis
de cui⁹ iuriſdictiõe dubitabat. Inno. eleganter voluit quod ſic
in c. paſtoralis. de reſcrip. ⁊ Cyn. in l. fin. C. de exceptionib. ⁊ re-
fert Ang. in l. j. ff. eo. ſecus ſi ignoraret, de quo etiam latius per
Ange. in l. ſi per errorem. de iuriſdic. omni. iudic. ⁊ vnum adde
in materia prorogatiõis, quod ſi princeps vel papa reſeruat ſi
bi iuriſdictionem, partes velint nolint erũt ſub eo, nec in alium
poterunt prorogare, ſecundum Inn. in capitulo inter dilectos.
de exceſ. prela. ⁊ in c. cum M. Ferrariẽſis. de cõſti. ⁊ Archid. in
c. tibi qui gratiã, de reſcr. in ſexto. Secus in inferiori a principe
ſecundum Bal. in c. j. §. preterea. de prohibi. feu. alie. per Fede.
Et not. q᷑ in cauſa appellationis, nõ poteſt prorogari iuriſdic.
q: cauſe appellationis ſunt mixti imperij, ⁊ pertinent ad autho
ritatem ſuperiorẽ, vnde etiã vtraq; parte conſentiente, nõ poſ-
ſunt ventilari apud iudices incompetentes. alle. auth. ad hec. C.
de iu. Cal. in ti. de pa. Cõſt. in verbo, ſꝫm mores illius ciuitatis.
Item iuriſdictio, q̃ procedit a deo, vt excõmunicare, vel abſol-
uere, nõ poteſt prorogari ſecũdum Bal. in d. l. ſi qui ex cõſenſu.
in fi. ¶ Adde an poſſit prorogari iuriſdictio iudicis, de cui⁹ iu
riſdictione dubitat̃, Bal. conſi. cclxxviij. iiij. lib. Et an iudex or-
dinarius poſſit compeſcere partes ne prorogent alterius iuriſ
dictionẽ, vide Ioan. An. in addi. ad Spe. in titu. de compe. iud.
verſic. ſed quid in dele. ⁊ ibi etiam an delegans poſſit ꝓcipere de
legato, ne proroget vltra tempus ſibi datum ad cauſam deci-
dam. Vide late per Maria. Socinũ in c. ſignificaſti. ar. v. q. j.
extra de for. cõpe. quomodo ꝓgatio fieri, aut non fieri debeat.
POMA. ¶ Vide Abb. c. ſi clericus laicum. de fo. compet.
b ALEX. ¶ No. caſum. Ad idem tex. ⁊ ibi Bal. in l. ſi qui ex cõſen-
ſu. de epiſ. audi.
* ¶ CLAV. Met. cau. Et iſtum tex. ad hoc reputat ſingularẽ Pa
nor. in c. P. ⁊ G. de offi. ⁊ poteſt. dele. ſꝫ eſt ſimilis in l. ſi q̃ ex cõ
ſenſu. in verb. ſponte. ⁊ ibi hoc not. Bald. C. de epiſ. aud.
c POMA. ¶ Et ideo. Vide Alexan. in l. ij. C. de arbit.
1 ☞ Legati pro repreſalijs non poſſunt capi, etiam per loca vbi
tranſeunt.
2 Teſtes vocati extra propriam iuriſdictionem, non poſſunt ex
alia cauſa, ⁊ etiam pro repreſalijs ibi cõueniri.
Exiſtens in loco cauſa appellationis nõ poteſt ex alia cauſa ibi
conueniri.
3 Peregrini, qui vadunt ad indulgentiã, nõ poſſunt per terras
per quas tranſeunt, conueniri, nec pro repreſalijs capi.
4 Scholares non poſſunt capi pro repreſalijs, nec parentes, affi
nes, vel nuntij, qui deſtinantur ad eos.
5 Clauſula non obſtante priuilegio non intelligitur de incluſo in
corpore iuris.

a **§. Legatis.** [a] Qui ex cauſa legationis, vel teſtimonij
vel alia legitima cauſa ad aliũ locum ſe
trãſfert, ibi non poteſt cõueniri, ſed habet priuilegium domum
ſuam reuocãdi. hoc dicit. ¶ Nota, quod legati nõ poſſunt cõue
1 niri de debito quod ante cõtraxerũt. ¶ † Nota, quod legati nõ
poſſunt capi ex virtute repreſaliarũ, quod eſt verũ, nõ ſolum in
terra, ad quam deſtinant̃, ſed etiã in terra, per quam tranſeunt,
2 vt hic in ſecundo reſpõſo. ⁊ gl. no. ſuꝑ verbo, deſtinati. ¶ † Se
b cũdo nota, quod [b] illi qui ex cauſa teſtimonij vocant̃, non poſſunt
pro alia cauſa cõueniri nec etiam pro repreſalijs capi eadem ra
tione. Quod intellige quando vocant̃ extra ſuam propriã iuriſ
dictionem, ⁊ ſpecialem. Vnde ſi vnus de aliqua ciuitate Mar
chie, vel ducatus, vocat̃ cauſa teſtimonij in curiam Marchiõis
vel Ducis, nõ poſſet ibi pro alia cauſa cõueniri, vel pro repreſa
lijs detineri. Idẽ ſi oporteat eũ ibi eſſe cã appellationis, vt hoc
dicit textus. Sed ſi vnus de comitatu iſtius ciuitatis vocat̃
ad ciuitatem

ad ciuitatē iſtam cauſa teſtimonij vel alia cauſa, optime poſſet
capi,⁊ conueniri,vt hic in §.omnes.hoc tā propter forum, quod
hic habet, quam quia ibi contractat,ſeu iniuriam cōmittit, vt
hic dicitur,alias forte ſecus,ſi haberet forum,⁊ alibi exiſteret.
3 ¶Tertio nota,†quod iſti peregrini,qui vadunt ad indulgen-
tias Romam,vel Aſſiſium, nō poſſunt per ciuitates,per quas
tranſeunt conueniri,vel cauſa repreſaliarum capi,vt hic in vſi.
idem Claudio ⁊ ibi gloſſa hoc dicit. Facit C.communia de ſuc-
ceſ.authent.omnes peregrini.in eo quod dicitur,libere hoſpi-
4 tentur.¶†Quarto not.finem huius gloſſe,quod ſicut ſchola-
c res habēt priuilegiū ne capiātur pro repreſalijs,[c] vt in authēt,
habita ſuper hoc.C.ne filius pro patre.⁊ hic,ita etiam pater vel
frater,qui veniret ad eos vidēdum,⁊ nūtij qui eis neceſſario de
ſtinantur. Uenio ad §.omnes,⁊ oppono de l.non alias.§.legati,
j.eodem. Solutio.ibi deliquerunt,hic vero contraxerunt. Op-
ponitur de l.ſed ⁊ ſi reſtituatur.§.edictum.infra eodē, Solutio,
ibi dies actionis erat exitura. Opponitur,in authētica vt om
nes obe.iud.prouin.§.j.C.vbi de crimin. agi oportet. authenti-
ca,qua in prouicia.vbi dicit quod nullo priuilegio excuſatur.
5 Solutio.† Intellige nullo priuilegio,ſcilicet ſpeciali nō incluſo
in corpore iuris. Nam per illa verba,non videtur ſublata pri-
d uilegia incluſa in corpore iuris,vt infra eodē.l.heres abſens.[d]
quod nota.factum eſt ſtatutum quod omnes vadāt in exercitiū
ſub certa pena non obſtante aliquo priuilegio,intellige, ſcilicet
ſpeciali,non incluſo in corpore iuris.

ADDITIONES.

a ALEX.¶Legatis. Per Innocentium poſt gloſſam,in cap.fin.
de foro competenti.in verſic.ſecundo nota.adde textum nota.i
l.fi.j.de legat.⁊ quod notat Innoc.in capi.ego epiſcopus, de iu
reiur.adde Bal.i l.qui a latronibus,de teſtamentis.
b POMA.¶Secundo nota,ꝙ. Uide Bar. conſilio clxiij.in vl-
ti.oppoſitione.Bal.in authē.qua in prouicia. C. vbi de crimin.
agi.l.non plures.C.de ſacroſan.eccle.
c ALEX.¶Pro repreſalijs. Peregrini,⁊ ſcholares capi,nō poſ
ſunt pro repreſalijs,adde quod notat Inn.in cap.fi.ad fi. de fo
ro cōpeten.⁊ glo.⁊ Bal.plene in aut.habita.adde quod ſoluens
pedagium ⁊c. ſecundū Odofre. in dicta auth. habita. ꝙ dictū
ſequendo reaſſumpſit Bald⁹ in capitu j.in princ. que ſint rega.
d ALEX.¶L.heres abſens. Adde quod not.Bar.i l.ſi quis ſub
conditione,de cōditio.inſtitutionū. Et adde que dixi poſt Bar.
in l.fi.C.ſi contra ius. Sed quid ſi ſunt duo priuilegia.vnum eſt
clauſum in corpore iuris,aliud nō,quod ſit preferendum? vide
per Hoſtien.⁊ Canoniſtas,maxime Ioā. Andream in capitulo
primo,de reſcriptis,adde notata per Bar.in verſic.non obſtan
tibus,in extrauaganti ad repri.

§.**Sed ⁊ ſi agant.** Ex iſto §.not.quod ille, qui
1 accuſat criminaliter,non po
teſt reconueniri ciuiliter, ſecus in eo qui ciuiliter agit.hoc di-
cit. Plene examinaui hoc anno tibi in authenti. ⁊ conſequēter.
C.de ſenten.

a §.**Sed ⁊ ſi dubitetur.** [a] Not.quod quādo
eſt dubium, vtrū a-
liquis ſit legatus,vel nō,iudex ipſe debet cognoſcere. Hoc etiā
apparebit ex literis legatiōis,vidiſtis in l.eum qui.§.fi. cū l.ſe.
j.commodati.⁊ C.de epi.⁊ cle.l.ſi qua. ¶ Not.quod iſti qui re-
b uocāt domum,debent cauere[b] de iudicio ſiſti in domo ſua,quod
an procedat in alijs, qui conueniuntur coram iudice non com-
petenti,dic vt in glo.

ADDITIONES.

a ALEX.¶Sed ⁊ ſi dubitetur. Et de gl.not in ver.promiſſione,
vide quod ſcripſi poſt Bar.in l.ſancimus.C.de verb.ſigni.
b ALEX.¶Debent cauere. Per omnes latius in c.fi.de fo.cōpe.
Et dicit Bald.in l.fi.C.vbi in rem actio.quod in legato ſemper
ſufficit iuratoria cautio.

LEX III.

1 ☞Citatus ratione dubij iudicis,vel actoris,licet certum ſit ꝙ
iudicium ſuſcipere non tenetur,nō cōparens poteſt mulctari,⁊
contra eum primum decretum interponitur,ſecundum non.
2 Bannitus eo ipſo quod iudicium ſuſcipere compulſus nō fuiſ-
ſet,ſi fuiſſet preſens, rediens, ⁊ hoc oſtendens, debet de ban-
no caſſari.

a **NOn videtur.** [a] Contra eū qui habet exce-
ptionem declinatoriam non
pōt interponi ſecūdum.decretum.hoc dicit. ¶ Opp,
j.eo.l.ſi quis ex aliena ⁊ §.ſi quis in ius voc.nō ierit.
l.ij.Solut.dicit gloſſ.intellige hic,quod hoc cōſtabat, quod ille
preſens iudicium ſuſcipere non teneretur,ſecus ſi de hoc eſſet du
1 biū.Et†ideo ſi ex forma citationis appareret, quod quis nō te
netur ire, vt puta ſi in citatione nominet dominus talis preſby
ter,vel dicatur talis de Florētia,cū citetur apud iudicem Pe-
ruſinū,de eo,quod alibi factū eſt,tūc ire non tenet,nec citatio
b eū arctat. Et ideo officiales,[b] qū procedūt contra aliquē cleri
cū,lꝫ male faciāt,omittunt ponere in citatiōe,vel pceſſu aliquā
demonſtrationē,ex qua demōſtretur cleric⁹, vt ſic propter du
biū teneat ire ad allegādum priuilegium. Tu potes dicere,ꝙ
ēt ſi eſt dubiū reſpectu iudicis,vel actoris,ſi tamen veritas eſt
in ſe,ꝙ preſens iudicium ſuſcipere non compellitur, non videt
c latitare,vt hic,⁊ l.vir bonus.[c] iudi.ſol.que hoc expreſſe pbat,
⁊ ſic non poteſt pueniri ad ſecundum decretū,nec ad aliud, qd
parat plenum preiudicium.vt hic,⁊ d.l.vir bonus. Bene tamē
d poterit mulctari,[d] vel ad primum decretū perueniri,vt j.e. l.
ſi quis ex aliena. ⁊ d. l. ij.ſi quis in ius voca.non ierit. Nō ap-
paret,qꝛ primū decretum interponitur, vt tedio affectus ve-
niat reſponſurus. Iſtā penam merito ſuſtinet,qꝛ propter du-
bium venire debebat. Sed ſecundum decretum interponit, qꝛ
debito non ſatiſfecit. Et iſtam penam nō debet ſuſtinere, qꝛ de
hoc iudicio non erat cognitio:⁊ hoc vult dicere l.iſta.⁊ d.l.vir
e bonus. Et p hoc videtur[e] ꝙ ſi aliquis † eſt bannitus ſecundū
2 formam ſtatutorum Italie,illo bannimēto,quo ll habetur p cō
feſſo de delicto:ſi poſtea oſtendit,ꝙ ſi preſens fuiſſet, iudicium
ſuſcipere non compelleretur,qꝛ bānū declarabitur nullū. Nō
eñ pōt imponi pena,q̄ ipſum negotium pncipale reſpiciat,ſed
ſolum contumaciam illam puniat,vt ex predictis patet. Dicaꝫ
latius in d.l.ij.ſi quis in ius voc.non ierit.

ADDITIONES.

a POMA.¶Non videtur. Ad intellectum huius l.vide Felx.in
c.cum ordinem.de reſcri.
b POMA.¶Et ideo officiales. Uide Bar.cōſi.lxij.⁊ cōſi.v.j.vol.
c ALEX.¶L.vir bonus. Adde Bar.in l.neque.de fideicō.liber.
d ALEX.¶Poterit mulctari. Et ſic ex his no.ꝙ nūq̄ vr iuriſdi
ctio prorogata ex contumacia. Et vide quod dixi ſ. verū tamē
eſt,ꝙ modo ex contumacia incumbit onus probandi declinanti
ſecundum Bal. in l.licet.C.vbi de cri.agi opor. Inn.in c.preal.i
fi.de dila. Bal. in l.geſta.de re iudi. adde quod per contumaciā
non cenſetur prorogata iuriſdictio. Ro.conſi.xlviij.
e ALEX.¶Uidetur. Uide Bar.⁊ q̄ dixi in l.q abſentē.j.de pro
cu.⁊ que no.Bal.in l.licet.C.de procu.per Imo.in c.cū ſuper.de
offic.deleg.⁊ in l.quidam,ad fin.de re iud. ⁊ vide que ibi dixi ſm
Ang.⁊ cum Bar.hic concor.Bal.in l.ſi qui ex conſenſu. de epiſ.
audi.vbi ex cōtumacia nūquam videtur prorogata iuriſdictio,
qꝛ eſt verum,ſecundum Bald.ibi,ſi iudex erat ipſo iure incom
petens,ſecus ſi per exceptionem. ⁊ Inn.in c.preterea de dila.⁊
melius in c.innotuit,de eo qui furt.or.ſuſce.⁊ Ange.in l.ij.§. fi,
j.ſi quis in ius vocatus.

LEX IIII.

1 ☞Pater ⁊ filius quando litigare poſſint.

**LIs nulla.** Non eget ſummario. ¶ Oppo.
de l.j.C.de pa.po. Solu.dicit gl.
a ꝙ hec eſt regula,que fallit in caſib.hic not.a vide ⁊ i-
1 gna gl. Breuiter dicas,† quandoqꝫ lis infertur a filio
patri,⁊ tunc poteſt eſſe lis de omnibus,ad que faciē a a filio pa
ter poteſt compelli iure actionis,vel officio iudicis. Iure actio
nis,vt in caſtrenſi peculio,vel quaſi. Item in aduētitio hodie in
caſibus, in quibus patri non queritur vſuſfructus,⁊ ſic non eſt
legitimus adminiſtrator. Officio iudicis,vt in petendis alimē-
tis,vt in gl. In petendo quod emancipetur. Item in caſu l. Im
perator.ad Trebel.vt hic in gl. Item vt dotet filiam,vt l.qui li
beros.j.de ritu nup. Itē vt promittat dotem pro filio recipien
te,vt no.per Dynum in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.ſolu.
matrim.⁊ ſi qui alij caſus reperirētur, in quib.equitas iudicis
poſſet implorari contra patrem,quos reperire laborioſum eſt
potius,quam ſubtile. Si vero infertur lis a patre filio, tunc in
omnibus caſibus,in quibus pater ratiōe patrie poteſtatis nō
poteſt ius dicere,cōſiſtit iudicium, vt in caſtrenſi vel quaſi. Itē
ſi inferet queſtionem pro patria poteſtate,ſeu filiatione,vt hic,
per gl. Item ex cauſa ingratitudinis.C.de ingra.lib.l.j. Item ſi
vellent cogere vt emancipationem ſuſcipiat ſcdm not.in l.qui
dam cum filium. j. de verb. obl. ⁊ ſi qui caſus ſunt ſimiles,alias
non eſſet iudicium inter filium ⁊ patrem,tamen poteſt iudex adi
ri vt executor,dicturus de filio ſententiam,quam pater dixerit.
l. iij.⁊ l.cōgruentis.C.de patr,potes. Quid autem inter dominū
⁊ ſeruum? Dic vt in l.vir certis.j.eo.

ADDITIO.

a ¶Caſibus hic no. Uide caſus,in quibus conſiſtat iudicium in
ter patrem ⁊ filium, adde tamen quod de iure Canonico lis
poteſt eſſe inter patrem ⁊ filium,vt not.gloſ.in capi.ſi annum.ex
tra de iudi.lib.vj.⁊ videtur text.in capi.non eſt vobis, de ſpon.
gloſſ.xxiij.qō.iiij.ſi eccleſia.⁊ ij.queſtio.vij.queritur,⁊ vbi eſt du
bium,an ſit in poteſtate,valeat iudicium.l.ſi putas,cum ibi no-
ta.C.de peti.hered.

a POMA. ¶ Hic no. vide Ludo. Ro. ſing. dciij. inci. de iure ciuili. Bar. in tractatu differentiarum inter ius ciuile ꝛ canonicum.

LEX V.

1 ☞ Iudex non cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio, quando ſentiret aliquod commodum.

a **SI quis ex aliena** [a] In dubio debet quis comparere [b]. b a ꝛ exceptionem declinatoriā fori opponere, ſuper qua * eius iudicis, qui declinatur, erit cognitio*. h. d. Qn̄ debeat opponi iſta exceptio declinatoria, dixi i l. nō videtur. ſ. eod. Opponitur, ſecundum hoc iudex iudicat in cauſa ſua, contra l. j. C. ne quis in cauſa ſua. Solu. Nō eſt ſua quantū ad vtilitatem, ideo poteſt ſuper hoc pronūtiare. Et ideo † quedam glo. 1 ſingularis in l. de iure. ī ad muni. videtur velle, ꝙ ſi iudici applicaret aliquid, vt puta decima vel ſportule, nō eſſet eius cognitio qꝛ eſſet cauſa ſua, etiam quo ad vtilitatem. Dixi in l. ij. ſi quis in ius vocatus non ierit.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Si quis ex aliena. Limita no. vt per gl. c. j. in ver. ad dominum, de iure. in ma. fac. de quo vide Decium c. ceterum. in iij. no. de iudi. Quid autem ſi notorie conſtat citatum nō eſſe de iuriſdictione? Vide Fel. in c. cū ordinē. de reſcr. ꝛ ibi Deciū in gl. ſi. in prin.

b ALEX. ¶ Cōparere. In dubio quis dꝫ cōparere, adde quod ſi nō cōpareat, poteſt iudex eū mulctare, Cle. j. de reſcri. qđ eſt no. ꝛ vide Bar. in l. nō videtur. ſ. eo. ꝛ vtrum ſit neceſſe priuilegium allegare? vide Bal. in l. ciues. C. de app. ꝛ regulam huius legis ſingularem limita, vt dixi poſt Bar. in d. l. ij. ſ. ſi qs in ius voca. Et hāc legem limita habere locum in iudice vniuerſali, ſecus in ordinario particulari ad certas cauſas, vel perſonas. gl. eſt no. in c. j. in ſi. ꝛ ibi Bal. de iure. in ma. fac. Item non habet locum in iudice delegato, ſecundum gl. no. in c. accuſatus. ſ. ſane. de here. in vi. de quo vide Bart. in d. l. ij. ſi quis in ius vocat. ꝛ alibi dicit Inn. quod ſi quis citatus nō comparet, perdit priuilegiū declinandi forū. ita no. dixit in d. c. preterea. de dila. ſed Flo. in c. ſuper literis, de reſcr. dixit, ꝙ gl. in d. ſ. ſane. ꝛ in c. j. de iure. in ma. fa. non eſt vera, nec videtur differentia aliqua ſecundum eum. ꝛ vide ſingulariter Bal. in l. generaliter. de epiſ. ꝛ cle. Item nō habet locum in iuriſdictione voluntaria, ſecūdum Bal. in l. ij. in ſi. C. commi. vel epi. Item limita hanc l. nō procedere, vbi cauſa declinationis fori eſſet notoria probanti, Cle. paſtoralis. in verbo, Piſana. de re iud. plene p Imo. in l. quidam. de re iudi. ¶ Et ad materiam huius l. vide Mar. Soc. in c. poſtulaſti. q. xij. extra de foro compe.

* CLAV. ¶ Cognitio. Iſtud nō procedit in exactoribus, qui non pn̄t pronūtiare ſuper poteſtate ſua, ſecūdū Bal in c. cū cōtingat. de reſcrip. per illum tex. quem dicit ſingularem ad hoc.

LEX VI.

1 ☞ Cecus ſuccedens principi, baroni, vel comiti retinet iuriſdictionem, licet poſtea concedi non poſſet.

a **CEcus** [a] Opp. j. eo. l. cum pretor. ſ. fin. Sol. hic ſuperuenit cecitas, poſtquam erat iudex. ¶ Oppo. ſ. de poſtulando. l. j. ſ. caſum. Solutio, aliud in aduocato, aliud in iudice. ¶ Opponitur, qꝛ non poterit ferre ſententiā in ſcriptis. l. ſi. C. de ſen. ex breui. reci. Solu. dicit gl. quod habet dignitatem, non adminiſtrationē. Tu dic ꝙ poterit ferre ſentētiam per alium, ſicut dicimus in nō literato, vt d. l. ſi. C. de ſen. ex breuic. recit. ꝛ ſic videtur ſecundū 1 hoc, † ꝙ ſi alicui principi habenti iuriſdictionem ſuccederet cecus, retineret iuriſdictionem, ꝛ haberet eam ſecundū quod dictum eſt. Et ſic potes dicere, ꝙ ſi alicui Principi, baroni, vel comiti ſuccederet aliquis filius cec⁹, remaneret iudex ꝛ retineret iuriſdictionem, licet poſtea concedi non poſſet.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Cecus. Vide ad hec Aretinum conſi. cxlvij. incipiente, viſa conſultatione.

LEX VII.

a **SI quis poſtea** [a] Priuilegiū fori ſuperueniēs pēdēte iudicio, non eximit quem a iuriſdictione. h. d. Quid ſi pendente iudicio aliquis effectus eſt clericus? tangit Bal. in l. pen. ſ. ſi ex nox. cauſa aga. Ioan. an. extra de obli. ad ratio. c. j. Ego dixi vobis in l. j. ī. de penis. vbi plene.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si quis poſtea. Limita tū regulā huius l. vt p Bart. in l. ſepulchri violati de ſepul. violato. ꝛ videtur preuēta iuriſdictio, etiam per carcerationem ſecūdum Bald. in l. officiales. de epiſcop. ꝛ clericis. in additione ad Speculator. in titu. de cita. ꝛ Bal. ibi. Item limita hanc l. duobus modis vt per gloſ. in l. qui autem. in pri. ꝛ ibi Pau. de caſt. ſi quis cautionibus, hec lex fallit in ſcholari conuento coram vno iudice. in authē. habita. ꝛ ibi Bal. ver. hic quero. cum ſequen. Alio modo per Bald. Ange. ꝛ Imo. in l. ſi ſeru⁹ plurīū. ſ. ſi quis a me. de leg. j. ¶ Add an per cita tionem nullam, quis dicatur preueniſſe. Ro. conſi. cclxij.

LEX VIII.

a **SI quis in legatione.** [a] Opponitur l. cum qui. ſ. j. ī. de conſti. pecu. Solue vt ibi dixi.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Si quis in legatione. Limita hanc l. vltra alios hic per Fely. quatuor modis in c. cum omnes. de conſti.

LEX IX.

a **INſule Italie.** [a] Ro. quod dicit cuiuſque prouincie. Et ſic quelibet b inſula, que eſt in prouincia. eſt pars puincie. [b] Et per hoc ſemel Piſis dixi contra quoſdā piratas, qui deroborabant in mari, ꝛ reducebant ſe in quādam inſulam prope Piſas, quod licet dicatur, quod mare eſt commune, ꝛ ſic ibi non poſſunt cōueniri, tamē ego dico, quod illa inſula eſt pars illius prouincie cui adheret, vt hic.

ADDITIONES.

a ALEX. Inſule Italie. Idem firmat Ang. hic, ꝛ in l. vnica. C. de claſſi. lib. xj. ꝛ vide l. Ceſar. ꝛ ꝙ ibi doctores. ī. de publicanis.

b POMA. ¶ Pars prouīcie. Vide Fely. in c. cum cauſam, primo notabili. de probationibus.

LEX X.

a **DEſtitiſſe.** Ad hoc vt aliquis deſiſtens puniatur, [a] requirit vt in totum deſiſtat, non ſolum differat. Item ſi deſiſtat a cauſa, quam calumnioſe pˀpoſuerat. Sec⁹, ſi iuſtā cauſam habuit litigandi, ſed de nouo ſe iniuſte litigare cognoſcat. h. d. Tene b menti practicam [b] quando in lite producitur tibi aliquod inſtrumentum, vel quādo ex apertura teſtiū, tu manifeſte cognoſcis te iuſtitiam non habere, quam ante te habere putabas, conſiliū eſt quod ſtatim cedas liti, ꝛ euitabis condemnationem expenſa* rum, vt hic.*

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Deſiſtens puniatur. Et quando quis dicat̄ deſiſtere, vide gl. ꝛ Bar. in l. Papinia. ſ. j. ī. titu. j. ꝛ no. quod deſiſtens, nō dicit̄ ſuccumbere, vt eſt tex. no. in l. alia cauſa. ſecundum Bald. ꝛ Sali. ibi. C. de his quibus vt indig.

b ALEX. ¶ Practicam. Adde Bal. in l. poſtquam. C. de pactis.

* CLAVD. ¶ Vt hic. Et idem no. Bar. in l. ſi quis inficiat⁹. j. depoſit. vbi idem ſentit Alex.

LEX XI.

**SI a me.** Irritatur iudicium, ſi deuenit ad caſum a quo incipere non potuit. h. d. Examinaui in l. pluribus. ſ. ꝛ ſi placeat. j. de verbo. obligationibus.

LEX XII.

a **CVm pretor.** [a] Quod quibuſdam prohibetur, ceteris videtur eſſe permiſſum. h. d. De minoribus iſtis qualiter poſſunt eſſe iudices ꝛ qua etate, habes hic gloſſ. not. quam vide * ſigna.*

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Cum pretor. Et vide quod dixit Bal. in l. ij. de ſacroſanctis eccleſijs. ꝛ vide gloſſam hic, quādo qs poſſit eſſe iudex, adde ꝙ no. in c. ſciſcitatus, de reſcrip. ꝛ in l. j. C. de digni. li. xij. not. Inno. in c. cū ſuper. de offi. deleg. ꝛ in c. ſuper literis, de reſcrip. ꝛ de excommunicato, vide gloſ. ꝛ quod no. in l. j. C. de iuris ꝛ facti ignorantia, ꝛ eam ſequitur Bal. in l. id quod pauperibus. de epiſco. ꝛ cleri. POMA. ¶ Circa regulā huius l. vide late Bernard. capit. tranſlato. de conſtitu. ꝛ vide Decium omnino d. l. id quod.

* CLAV. ¶ Et ad materiam huius gl. vide aliam gl. in rub. de tutel. in gl. j. ꝛ quod ibi no. Butr. ꝛ Panor. Item quādo poſſit opponi iudici exceptio inhabilitatis, ꝛ an ſi nō opponitur, valeant acta, ꝛ alia quedam ad materiam huius legis vide per Imol. ꝛ alios ꝛ maxime Panor. in c. ſciſcitatus, de reſcrip.

LEX XV.

1 ☞ Actiones deſcendentes ex quaſi delicto non tranſeunt ad heredes.

2 Filiuſfamilias per imperitiam iudicans, tenetur quatenus eſt in peculio.

3 Cautela pro iudice vt in ſyndicatu doceat ſe filiumfamilias.

Si filius

## Si filiusfamilias. §. Iudex.

Si iudex per imperitiam male iudicauit, condemna
bitur inquantũ religioni iudicantis videbitur, quod
quantitatem peculij non excedit, ſi eſt filiusfamilias. Sed ſi dolo
male iudicauit, condemnabitur in totum, que actio contra here
1 dem non tranſit. hoc dicit cum l. ſequenti. ¶ † Not. ex l. proxime
ſequenti, quod actiones deſcendẽtes ex quaſi delicto non tranſ
eunt ad heredes, nam actio in factum qua tenetur iudex male iu
dicans, eſt ex quaſi delicto. ¶ Opp. & videtur quod filius tenea
tur in totũ, vt infra quod cum eo l. penulti. & l. ſi quis cum filio.
& ſequenti. de peculio. Solutio. Dicunt quidam, quod hic filius
2 tenetur inſolidum, pater vero de peculio. Alij dicũt, † quod te
a netur filius de peculio, & iſtam tenui [a] ponẽdo caſum. Nam cum
hec actio detur, inquantum iudicantis equitati videtur, vt de
varijs & extraordinarijs cognitionibus, l. fina. & Inſtitutionib.
de obligationibus, que ex quaſi delicto, in principio, non debet
videri equum iudici vt puniatur in plus quam habeat in pecu-
lio, quando per imperitiam male iudicat. Secus ſi dolo, vt in
5 ſecundo reſponſo, vnde † poſſet eſſe cautela iudici filiofamilias,
vt tẽpore ſyndicatus, quando ſunt contra eum graues petitio
nes, doceat ſe filiumfamilias, & ſic vltra peculium non tenetur,
tene menti.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Et iſtã tenui. No. ĩquãtũ iudex qui eſt filiusfamilias,
tenetur ſi per imperitiam male iudicauit, pulchre Innocentius
in capitu. ſuper eo. quod met[9] cauſa. qualiter deducatur intereſ
ſe contra iudicem in cauſa ſyndicatus, & que dixi in l. fin. ĵ. de va
rijs & extraordinarijs cognitionib. Bal. in l. pignus. C. de pigno
ratitia actio. tenet, quod omnis iudex non tenetur niſi inquãtũ
facere poteſt: & ideo non poſſit carcerari. alleg. que hic haben-
tur. adde per Bal. ĩ rubrica. C. de pe. iudicis qui mal. iudic. quia
ſingulariter loquitur. Et an tranſeat contra heredem vide in l.
iiij. §. fi. de damno infecto. ¶ Adde quid in aduocato Ang. ĩ §.
fi. Inſti. quibus ex cauſ. manu. non licet.

LEX XVII.

## Iulianus ait.

Si iudex ſuccedit vni ex li-
tigatoribus in aliquo deſi-
nit eſſe iudex. h. d. Item videtur hic textus cum gl. q̃d
ſi tres habeant rem communem, & inter duos iſtorũ
